



Disputatio juridica inauguralis, theses, ex diversis iurium materiis desumptas, continens

<https://hdl.handle.net/1874/345140>

10.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,

Theses, ex diversis Jurium ma-
teriis desumptas, continens,

Q. A M
PRÆSIDE SUMMO NUMINE
Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JACOBI VALLAN,

M. D. Praxeos & Institut. Medicinæ Professoris Ordinarii,
NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicus consensu, Nobilissimaque
Facultatis JURIDICÆ Decretō,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribüs & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,
Publico Eruditorum examini subjicit,
HERMANNUS HENRICUS von GULICH, Osnabr. Westphal.
Ad diem 12. Maii hora locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiac
Typographi, clc loc xci.

V I R I S

Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis.

D. GERHARDO BRUINING, J.U.D.

Ordinis Senatorii Neopol., qui Osnabrigi est, Seniori & Judici spectatissimo, Sororio suo æstimatissimo.

NEC NON

D. CHRISTIANO GILDEHAUS,
J. U. D. ejusdcm inclytæ Reipubl. Patriæ Senatori & Censori gravissimo,
Confobrino suo honoratissimo.

UTRIQUE

Causarum Patrono celeberrimo, Fau-
tori suo honore & amore prosequendo

Inaugurales hasce,

in addictissimæ mentis contestationem
Consecrat

H. H. v. G.

DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

Theses, ex diversis Jurium
materiis desumptas, continens.

I.



Rivatorum consensu I Ctionem
non tribuit, concessam tamen
prorogat.

II.

Arbitri tres dati sunt, quorum
unus in quinque, secundus in
decem, tertius in quindecem
condemnat, sententia prævalebit
secundi.

III.

Ab arbitrorum sententiâ non datur appellatio.

IV.

Transactio specialis & limitata, licet sequatur pe-
titionem generalem, exceptionem tantum parit spe-
cialem.

V.

Traditione metu factâ dominium utique trans-
fertur.

VI.

Exceptio non numerata pecuniæ opponi potest,
licet juramento ei fuerit renunciatum.

VII.

Pecunia in societatem collata, ubi alter solas ope-
ras confert, & perit, & præcipua est ei, qui il-
lam contulit.

A 2

VIII. So-

4 A DISPUTATIO JURIDICA

VIII.

Socii omnium bonorum, in communi dividundo, non ideo partes inæquales habebunt, quòd unus anteà filiam dotavit.

I X.

Perfecta, licet nondum consummatâ venditione, rem emptoris periculo esse, juri & æquitati non adversatur.

X.

Portio hereditatis, quæ post venditam hereditatem accrescendi jure obvenit, in emptorem non transit, nisi & hæc specialiter fuerit expressa.

X I.

Fundum à patre venditum filius exheredatus re-trahere non prohibetur.

X I I.

Præsentia & silentium jus retractionis non auferunt.

X I I I.

Cedens verum nomen, de litis eventu atque pericolo respondere cessionario non tenetur.

X I V.

In alienatione contra legis vel testatoris prohibitio-nem factâ, nulla fit dominii translatio.

X V.

Uxor bona non dotalia censentur, nisi aliud pro-betur, saltem ex conjecturis.

X V I.

Sufficiens tamen conjectura non est, quòd maritus eadem administret, fructusque oneribus matrimoniali-bus impendat.

XVII. Dos

XVII.

Dos etiam potest nuptias constitui potest, sed in
folius mariti, non tertii, cuius interest, præjudi-
cium.

XVIII.

Dotis dominus maritus est, quam tamen, soluto
matrimonio, uxori restituat cum omni emolumento,
quod non ut fructus percipitur.

XIX.

Ratione dotis illatae, hodie etiam præferenda est
uxor, expressam hypothecam anteriorem habenti-
bus, quoties hypothecarii legales ipsis priores ad-
funt.

XX.

Maritus fundum dotalēm contra L. Julianam alie-
nans, ipsum vindicare potest.

XXI.

Actiones pro fundo dotali competentes, fundo-
que inhærentia jura, ut L. Juliā comprehendantur,
dotium favor suadet.

XXII.

Uxor mercatrix, in actibus ad mercaturam suam
spectantibns, sese valide obligat, absque expresso
mariti consensu.

XXIII.

Fœminarum potestas, de dote per ultimam vo-
luntatem disponendi, minus recte ad donationem
mortis causâ factam extenditur.

XXIV.

Contrà verò filius fam. de peculio adventitio pleno
mor.

6 DISPUTATIO JURIDICA

mortis causâ donare potest , testari autem nequit,
ne consentiente quidem patre.

X X V.

Quæ hæres à coherede obtinuit legati nomine , in
quartam Falcidiā non imputantur , quod secus est
in Trebellianicā.

X X V I.

Testator certam pecuniæ summam forensi legat ,
itâ ut illam integrum habeat ; Quær. uter portionem
detractionis , passim obtinentem , solvat , heresne an
legatarius ? Resp. quòd heres , licet ei Falcidia salva
non maneat.

X X V I I.

Nuda alienationis prohibitio pro consilio habetur ,
neque prohibitum obligat.

X X V I I I.

Ad fideicommissum familiæ relictum cognati , in
specie ita dicti , adspirare non possunt.

X X I X.

Ex agnatis autem germanus frater consanguineum ,
à tali fideicommissio , non excludit.

X X X.

Filius filiave , renunciata paternâ hereditate , à fra-
ternâ non arcentur , licet in hac non nisi patris , an-
tè defuncti , bona reperiantur.

X X X I.

Heres adjiciendo sibi creditores hereditarios , hy-
pothecarii suis creditoribus nocere non potest.

X X X I I.

Sola debiti oblatio inchoatum usurarum cursum si-
stere non potest ; accedente tamen obsignatione &
deposito-

INAUGURALIS.

7

depositione solenni , solutionis loco habetur.

X X X I I .

Sumptus studiorum , sive à patre , sive à matre sup-
peditati , absque expressâ eorum dispositione , colla-
tionis juri non subjacent , licet eos in rationariis suis
consignârint.

X X X I V .

Masculus cum foemina simul fidejubens , in soli-
dum tenetur , etiam non renunciato divisionis bene-
ficio.

X X X V .

Non tenetur fidejussor de eo , quod ex morâ cul-
pâve debitoris obligationi principali extrinsecus ac-
cedit.

X X X V I .

Quòd legitimati per subsequens matrimonium , ad
successionem feudalem hodie admittantur , magis de
moribus ita obtinet , quam ut ex jure communi de-
fendi queat.

X X X V I I .

Pecuniam , quam evictio nis nomine vasallus à Domi-
no consecutus est , incomparationem alterius feudi
impendere tenetur , nisi ipsam , tanquam feudum , à
domino volente agnoscere malit.

X X X V I I I .

Licet proximior agnatus feudum per 30 annos
non revocaverit , feudi tamen possessor adversus ce-
teros agnatos tutus inde non erit.

X X X I X .

Subinfeudationem dominus ratam habere non te-
netur , feudo ad eum devoluto.

XL. Feu-

8 DISPUTATIO JURIDICA INAUG.

X L.

Feudum mere hereditarium ob Vasalli feloniam
irrevocabiliter ad dominum redit.

X L I.

In successione feudali femeina in primâ lineâ tan-
tum superites , masculum in secundâ lineâ existantem
excludit.

X L I I .

Solus Imperator in Imperio nostro creandorum
Ducum potestatem habet ; votum autem atque ses-
sionem comitialem consensu Electorum , collegique ,
cui inferendi sunt , addere ipsis demum potest.

X L I I I .

Imperatoris præsentia Statibus superioritatem terri-
torialem non auferit.

X L I V .

In constituendis novis vesticigibus Imperatoris
atque Electorum consensus , quantumvis unanimis ,
non sufficit.

X L V .

Jus concedendi indulatum moratorium non minùs
Statibus in suis territoriis , quām Imperatori per uni-
versum imperium competere , quotidiana praxis te-
statur.

F I N I S.

X I X X